

Porphyrii Institutio.

ARISTOTELIS CATEGORIAE.

Eiusdem *etiam* spulwæs, id est de interpretatione Liber.

Analyticā priorum eiusdem.i. partitionū priorum Lib.II.

Partitionum posteriorū, sive demonstrantis scientiae Lib. II.

Iacobo Lodoico Strebæo interprete.

C - Delectatione genitibus ab aliis est delectus, Iuris et iudiciorum suorum. Aest. cum te
vixit dux et a deo dux, ordinis genitibus apostoli apostoli suorum quoniam patrem duxerat
vixit qui non est sibi familius potest genitibus apostoli apostoli non obligeat nisi obligata. Ipse dux duxit per se et huius
genitibus duximus alii duximus, quod genitibus apostoli apostoli alii duxerunt. Huius
predicamento adest. Chez adhuc obseruando tunc est ut autem gratia laboris huius operis
que huiusmodi laboris est velut ex exploracione, proferendo collatione factis de quoniam appetit
ut huiusmodi operis exponatur quidam laboris operis est ut huiusmodi factis de quoniam appetit
exploracione, obseruando, quod vndeque factis de quoniam appetit operis exponatur, quod
genitibus duximus, obseruando, deinceps dictum, sic quod non obligato est, ipso factis de
quoniam appetit, deinde ratiore ordinis predicatione libet, non premitur. P
opz vero factum que ratiore libet predicatione libet non premitur, p
ut gallois libello de protestatione United are duxit et a predicatione libellum ordine doctrinae infra voluntatis formam, et quod non ad relegandis iniquis capiendas

PARISIIS,

Apud Vasconum, via Iacobea, ad insigne Fontis.

M. D. X L V I I I .

CVM PRIVILEGIO REGIS.

PRIVILEGII SENTENTIA.

C A V T V M est edicto Regio, ne quis alius impressor,
bibliopola, mercator, aut quiuis alius, hos Aristotelis de
differendi ratione libros ab Iacobo Strebæo à græco in
Latinum conuersos, intra sex annos typis impressos emit-
tat, néus uendar: qui secus faxit, publicatio librorū esto,
ac multa iudicis arbitrio. Datum Parisijs XIII. Cal.
Martias, Ann. M. D. XLVIII. Ad Calculū Ro.

Ex Cancellaria.

Guiot..

AC O B V S Lodoicus Strebæus, uir doctrina atque optimarii artium studijs eruditissimus, postquam uiginti annos in erudientia iuuentute consumpsisset, ac præclara eloquentia & philosophia fundamenta iecisset, nihil inde præclarius aut præstantius indicauit, quam de Rep. bene mereri, ac reliquum uite tempus in literis cum uirtute ac laude uiuere. Cuius rei grauissimi testes sunt tot labores ac sudores ab eo suscepiti, & præclara monumenta literarum quæ reliquit. Scriptis enim doctissimos commentarios in partitiones oratorias Ciceronis, in oratorem ad Brutum, in tres libros de oratore ad Q. Fratrem, & in epistolam ad Octauium: cōscriptis præter hæc libros duos de electione & oratione collocatione uerborū, seu de numeris oratorijs. De græcis autem hæc conuertit, Oeconomica Aristotelis & Xenophotis: adhac eiusdem Aristotelis politica, reliquos eius authoris libros interpretaturus, si Deus Opt. Max. cōceperet. Nam cum uideret uir disertissimus, omnem ubertatem & syluam dicendi ducta esse à philosophis, maximè Peripateticis, quibus nihil uberioris, nihil eruditius, nihil grauius: ac inter eos Aristotelem longè omnibus præstantem ingenio, qui & adolescentes non ad philosophorū morem tenuiter differendi, sed ad copiam rhetorum in utrāq; partem exercuisse, ac se in eodem studio etatem cōsumpsisse, hunc sibi potius authorem imitandum ac interpretandū duxit. Sed quemadmodum mors immatura eum rapuit, quæ omnes eius conatus studiaq; interrupit: ita is eam philosophiae partem (quæ, ut Cicero ait, per omnes sapientiae partes mandat & funditur, quæ rem definit, genera dissipartit; sequentia adiungit, perfecta concludit, uera & falsa iudicat, differendi ratio & scientia dicitur, ex qua cum summa utilitas existit ad res ponderandas, tum maximè ingenua delectatio, & digna sapientia) immaturam ac imperfectam nobis reliquit. Cuius desiderium cum diutius uos ferre non posse uideremus, ac propè quotidiano consilio efflagitare, prudentissimorum ac doctissimorum amicorum consilio & opera adiuti emisimus. Itaque per uestram humanitatem uos obsecro, obtestorque, ut siquid in scriptis interpretatis inchoatum & tantum informatum occurrat, id ne eius famæ fraudi sit. Nam absoluturus (ait ille) si licuisset erat. Valete & boni consulite.

A. ii

CAPITA INSTIT. PORPH.

<i>Præfatio Cap.</i>	I.
<i>De genere.</i>	2.
<i>De specie.</i>	3.
<i>De differentia.</i>	4.
<i>De proprio.</i>	5.
<i>De accidente.</i>	6.
<i>De communitatibus differentijsque quinq; uocum.</i>	7.
<i>De generis & differentiae communitatibus.</i>	8.
<i>De discrimine generis & differentiæ.</i>	9.
<i>De generis & formæ communitate.</i>	10.
<i>Quid genus & species inter se differant.</i>	11.
<i>De generis & proprij communitatibus.</i>	12.
<i>De generis & proprij differentia.</i>	13.
<i>De communitate generis & accidentis.</i>	14.
<i>Inter genus & accidens quid interfit.</i>	15.
<i>Inter speciem & differentiā quid conueniat, quid interfit.</i>	16.
<i>Inter differentiam & proprium quid conueniat, & quid interfit.</i>	17.
<i>Inter differentiam & accidens quid conueniat, & quid interfit.</i>	18.
<i>Inter speciem & proprium quæ cōmunitas, & quæ differentia.</i>	19.
<i>De cōmunitate & differentia formæ & accidentis.</i>	20.
<i>De communitate differentiāq; proprij & accidentis.</i>	21.
<i>Quid ea differant inter se.</i>	22.

Casparus

INSTITV TIO PORPHYRIANA.

CAPVT I.



V V M sit necesse Chrysori ad eam que ab Aristotele tradita est categoriarū doctrinam, nosse quid sit genus, quid differētia, quid species, quid propriū, quid accidēt: quūq; sit utilis horū cognitio & ad definitiones exprimendas, & maxime ad ea quæ de diuisione atq; demonstratione tradūtur, ego tibi uia rationemq; cōpendiariā patefaciens, conabor eorū more qui rudiores elementa prima docent, paucis ea quæ priores tradiderunt, explicare, altiores omittens quæstiones, rudiores autē rationibus tuis pares animo persequens. Iam initio illud de generibus formisq;; utrum per se sint, an in solis mētibus puris tenuibusq; sita sint: corpora nē sint per se constantia, an nullo corpore prædita: & utrum separata, an in rebus ijs quæ sensu percipiūntur, posita, & in his cōsistat, nō disputabo, propterea q; altius est hoc negotiū, & alia maiore indagatione perquirēdū. Hoc uero ut de generibus his & formis, & tribus ijs quæ proposui, ueteres maxime peripatetici propius institutū dialekticorū disputarint, nūc ostendere tibi conabor. De genere. 2.

N O N uno modo neq; genus, neq; species uidetur. Genus enim dicitur omnis eorū multitudo qui ad unū quid dā & inter se quodā modo sunt affecti. Qua significatione dicitur Heraclidarū genus ex habitu & cōparatione quadā ab uno dūta. Habitū dico Herculis atq; multitudinis eorū qui iter se affecti quodāmodo, duxerūt ab eo propinquitatē, uocarūtq; sic gentē suā, ut ab alijs generibus discerneretur. Dicitur & alio modo genus, uniuscuiusque ortus principiū, siue ab eo qui genuit, siue ab eo loco in quo quis ortus est. Sic

Collection privée

INSTITV TIO

enim dicimus Orestē à Tātalo, Hylū ab Hercule duxisse ge-
nus, ac etiā Pindarū genere esse Thebanū, Platone Athenie-
sem. Enim patria cuiusq; hominis ortus principiū quoddā

est, quē admodū ex pater. Hęc autē facilis ex obvia signifi-
catione est. Nā dicūtur Heraclidæ qui ab Herculis genere du-
xeruntur: Cecropidæ à Cecrope oriūdi, ex horū propinqui. Ac
heros primū dictū genus est ortus uniuscuiusq; principiū: deinde

multitudo ab uno principio ducta, ut Hercule: quam segregā-
tes, ab alijsq; generibus separātes, uniuersam familiā diceba-

mus Heraclidarū genus. Alio modo genus dicitur, cui sub-
est quās species, iicitur species, ducta fortasse similitudine ex ijs generibus.

Quād diximus. Nā genus eiusmodi, principiū quoddā est eorū
species, sed hoc cōquique subiecta sūt ei, uideturq; omnē sibi subiecta multitudi-
nes, nē cōtinere.

Quād tribus modis genus dicitur, de genere ter-
tio Philosophi mentionē faciūt, qđ descripsérunt declararuntq;;

dicētes genus esse quod de pluribus, ijsq; specie differētibus
enūciatur, quād quid res sit, queritur, ut animal. Ex ijs por-

oppositis ad modum quo de alijs enūciatur, alia de uno ex omnibus dicūtur, ut
individua, ut Socrates, hic, hoc. Alia de pluribus, ut genera;

species, differētiae, propria, accidentia cōmuniter multis non
uni proprie. Est autē genus ut animal: species ut homo: diffe-

rentia ut rationis particeps: propriū ut ridendi compos: acci-

deo ab ijs quā de pluribus dicūtur formis: quia tamē si spe-

cies de pluribus enūciatur, nō tamē de specie differētibus, sed
numero. Homo forme nomē de Socrate ex Platone dicitur,

qui nequaquā specie, sed numero differūt. Animal autem ge-

neris nomē de homine, de bove, de equo enūciatur: qui nō so-

PORPHYRII.

6

propriū, deq; indiuiduis formæ subiectis dicitur, ut ridēdi cō-
pos de homine solo, deq; singulis hominibus enūciatur. Ge-
nus nō de una modò specie, sed de pluribus, ijsq; differētibus.
A differētia uero, et accidētibus cōmuniter differt genus:
quia tametsi de pluribus specie differētibus enūciatur diffe-
rētia et cōmuniter accidētia, tame nō tum quū quid res sit,
sed qualis sit queritur. Nā si qui rogarint, quid sit illud de
quo dicūtur ista, genus nō differentias et accidētia referi-
mus: nō enim de subiecto enūciatur, quū quid res sit, sed po-
tius qualis sit queritur. Nā si queritur, homo qualis sit, dici
mus rationis esse particeps: rogati qualis nā sit coruus, respon-
demus esse nigrū. Est autē ratiōis particeps differētia, nigrū
uero accidēs. Si rogati simus quid sit homo, respondeamus ani-
mal, quia genus est animal quo cōtinetur homo. Génus igitur
quia de pluribus enūciatur, differt ab indiuiduis quæ de u-
no tātumodo dicūtur. Quia uero de specie differētibus enū-
ciatur, distinguitur ab ijs quæ dicūtur ut species et propria.
Quod autē refertur ad questionē quid sit, distinguitur à dif-
ferētibus et cōmuniter accidētibus, quæ nō ad questionē quid
sit, sed quale aut quomodo affectū sit, pertinet, quū de quaq;
re subiecta enunciantur. Nihil igitur nimiū, nihil parū defi-
nitio notionis exposita generis continet. + De specie. 3.

S P E C I E S autē de cuiusq; forma dicitur, ex quo il-
lud est diētū: Primū, ei digna species regno data est. Dicitur
etiam species quod definito generi subjicitur, qua significa-
tione hominē animantis speciē dicere solemus, quum sit ge-
nus animal, candore speciē coloris, triangulū figuræ. Quod si
genus definiētes mentionē formæ fecimus, diximusq; genus
esse quod de multis ijsq; specie differentibus enūciatur, quiū
quidnā sit res queritur, nunc autē speciē dicimus quae gene-

Si definito subicitur: tenēdum est quoniā genus alicuius est

INSTITVTIONES

PORPHYRII.

Socrates, Plato, hoc cādidiū, species erit solū, & ultima, ac (ut dicebamus) ima forma. Intermedia que sunt, species erunt superiorū, & inferiorū genera. Hæc igitur duobus modis affe-
 Et a sunt, & ad antecedentia, & ad cōsequentia: ad illa spe-
 Etant ut species, ad hæc ut genera. Extremorū unus est habi-
 tus. Nam summum genus cum sit omniū supremum, intuetur
 ea quæ subiiciuntur ipsi. Ea uero quæ sunt eo priora, quia ex-
 tremum est primūque principium, ac (uti dicebamus) quod
 aliud nullum transcendent, non intuetur. Imā species inclinat
 unam in partem, nempe ad antecedentia, quorū species est: ad
 cōsequētia iudiuidua nō inclinat cōparatione diuersa. at in-
 diuiduorū species appellatur. Sane species dicitur indiuiduo-
 rū, propterea q̄ ea cōplectitur: species rursum generū suę
 riorū, q̄ ab eis continetur. Definiunt igitur summū genus hoc
 modo, quod cū genus sit, nō est species: ac iterū, quod nō aliud
 transcendat genus. Imā uero formā sic, quæ cum forma sit, nō
 est genus: & sic, quæ cū forma sit, in species distribuere non
 possumus: præterea hoc modo, quæ de multis ijsq; numero dif-
 ferentibus dicitur, cū quid res sit, queritur. Quæ media sunt
 inter extrema, uocat ἀνταλλακή, hoc est species & genera al-
 ternātia, siue alternis uariātia, ac eorū singula & genera &
 species statuit ad aliud nimirū & aliud relata. Quæ à nouis
 simis formis ascēdunt usq; ad summū genus, ea genera dicun-
 tur & species, alternantq; sic, ut Agamēnon si referatur ad
 Atreum, ad Pelopem, ad Tantalū, & tandem ad Iouem. Sed in
 ordine familiarū describendo, referūt stirpem ad unum, uerbi
 gratia Iouem, qui sepe semper statuitur principiū. In generi-
 bus formisq; nō est eadē ratio. Non enim est omniū cōmune
 genus, & or, quod nōnulli ens uocant, nec omnia sunt generis
 pīus. Non repens tpd / sūt. Dicit amiculus q̄ ab B zea deponit.

INSTITVTO

PORPHYRII.

enim uelut par ex aduerso respōdet. Debent autē de paribus
 paria dici, ut de equo hinniendi cōpos: aut de minoribus ma-
 iora, ut de homine dicitur animal, nō etiam de maioribus mi-
 norā. Nō enim iam ut hominē dixeris esse animal, ita dixeris
 animal esse hominē. De quibus autē species enunciatur, de ijs
 genus eius necessario dicetur, ac superius eo genere genus,
 quoad peruenīt sit ad summū. Nā si istuc uere dicitur, Socrate
 esse hominē, hominē esse animal, animal esse substātiā: id quoq;
 uere dicitur, Socrate esse animal atq; substantiā. Nā cū semp
 de inferioribus superiora dicātur: de īdiuiduo species enūcia-
 bitur: genus et de specie et de indiuiduo: Genus summū et
 de genere, aut de generibus, si plura sint intermedia et alter-
 natia, et de specie, et de unaquaq; parte. Genus enī summū
 dicitur et de generibus omnibus ei subiectis, et formis, et
 indiuiduis. Genus ultimae formae p̄ximū, de formis omnibus
 ultimis, indiuiduisq;. Ea que nihil aliud q̄ species est, de indi-
 uiduis omnibus. Indiuiduū de una partiu tātu: indiuiduū autē
 dicitur Socrates, hoc candidū, hic qui uenit Sophronisci filius,
 si unus ei sit filius Socrates. Eiusmodi q̄ sunt, dicūtur indiui-
 dua, q̄ ex ijs p̄prietatibus unūquodq; cōstat, quorū uis omnis
 eadē in alio nunquā reperiri possit. Et enim proprietates So-
 cratis in alio quopiā hominū singulorū eadē esse nō possūt.
 At uero proprietates hominis (cōmūnem hominē dico) eadē
 esse possunt in multis, aut potius in singulis omnibus, qua
 ratione sunt homines. Indiuiduū species species genere cōtine-
 tur: quia genus est uniuersum quiddā: indiuiduū pars: spe-
 cies, et aliquid uniuersum, et particula. At pars est alterius,
 totum uero non alterius, sed in alijs. Est enim in partibus to-
 tum. Quid summū genus, quid ima species, quæ eadem gene-
 rū sūnt? *Uero dū naturā.*
B ij

ra ac species, quæq; sunt individua, quotque modis tum genus
applicari. tum species dicatur, exposui. De differentia. 4.

DIFFERENTIAM & communiter, & proprie,
maximeq; proprie dico. Nam res à re differre cōmuniter di-
stinguitur, et satis situr, quæ aliqua uarietate aut à se ipsa, aut ab alia quouis
modo aliud qd; sit modo dissidet. Differt enim Socrates à Platone dissimilitudi-
ne quadā, & à se ipse differt puer uir factus: atque agens
aliquid mutatus est ab eo qui quiescebat, ac semper uideas
color, adūca forma nasi, aut cicatrix quæ ex uulnere obdu-
cto ruit. Summa proprietate aliud ab alio distinguitur, cum ab
alio secernitur ea quæ efficiens est speciei differētia, ut ab equo
homo differentia separatus est homo differentia qua species efficitur, nempe
animal. Differentia rationis addita ad animal, aliā cōstituit formā:
differentia motus, tantum id efficit diuersum quod mouetur,
ut aliud diuersum quidam non aliud, differentia dicta sine ulla adiunctione.
Differentia rationis addita ad animal, aliā cōstituit formā:
differentia motus, tantum id efficit diuersum quod mouetur,
ut aliud diuersum quidam non aliud, differentia dicta sine ulla adiunctione.
Illa igitur aliam speciem, faciunt, exprimuntur solum uarietates, & affecta quodā mo-
do rei mutationes. Atq; mihi rem ex alto repetenti dicendū,
differentiarū alias separabiles esse, alias semper cohærentes.
Namq; differentia motus, & affecta quodā modo rei mutationes, que puto est hanc. Namq;
differentia motus, & affecta quodā modo rei mutationes, que puto est hanc. Namq;
differentia motus, & affecta quodā modo rei mutationes, que puto est hanc. Namq;
differentia motus, & affecta quodā modo rei mutationes, que puto est hanc. Namq;

PORPHYRII.

Nam moueri, quiescere, agrotare, ualere, & his affinia, separabilem designant qualitate. Adunca forma nasi, sima narii figura, ratio, rationisque uacuitas, qualitates sunt perpetuo cohærentes. Ex ijs quæ separari possunt, aliae per se rebus insunt, aliae quodam sortis euentu. Ratio per se inest homini, & mortalitas, atque doctrinæ capessendæ facultas: adūca simaque nasi forma non item per se, sed euentu fortunæ. Quæ per se rei insunt, cum de definitione eius agitur & substantia, adhibentur, & aliam conficiunt speciem. Quæ uero casu acciderunt, nec ad explicandam substantiam usurpantur, nec aliam faciūt rem, sed uariam atq; diuersam: Illæ nec minuuntur nec augentur: hæ etiam si nequeant segregari, tamen intendi, remittiique possunt. Nec enim genus magis minus de eo dicitur, cuius est genus: nec generis differentia, quibus diuiditur: illæ quidem sunt quæ definitionem cuiusque rei comprehendunt. Substantia autem cuiusque una & eadem, nec accessionem patitur, nec decessionem. Habitus uero nasi uel uncus uel simus, & color quoouis modo suscepimus, intendi remittiique potest. Cum igitur tres differentia species esse uideantur, & aliae separabiles sint, aliae perpetuo cohærentes: ac rursum perpetuo cohærentes aliae inhereant per se, aliae temeritate fortunæ: differentia quæ ipsæ per se rebus insunt, nonnullæ ualent ad diuidendum genus in species, nonnullæ sunt quibus partita genera rediguntur in species. Ut cum sint hæ per se animantis differentia, quibus hoc uel illud animatum, sentiens, rationis cōpos, rationis expers, mortale dicitur aut immortale, hæ animati corporis sentientisq; differentia conficiuntur animantis substantiæ, quia animal est substantia animata sentiens. Discrimina autem mortalitatis & immortalitatis, itemq; & animalium, & de diffi-

INSTITVTIO

rationis, & contrariae priuationis ualeat ad animatis diuisionem, quia genera in species per ea diuidimus. Quae tamē differen-
tiae ualent ad diuidendum genus, eadem pertinent ad explenda-
cōstituendamq; speciem. Nā diuiditur animal posito rationis
& contrariae priuationis discrimine. ac rursum mortalitatis
immortalitatisq;. Sed differētiae rationis & mortalitatis ex-
plent hominis definitionem: rationis & immortalitatis fini-
tione Dei: mortalitatis nulliusq; rationis, eam quæ est bestia-
rum. Sic & substantiā summā, cum diuidat aliquæ differētiae,
ita ut alia sit animata, alia inanima: alia sentiens, alia nō sen-
tiens: differentia hæc, animata sentiens, addita ad substantiā

tiens: differentia hæc, animata sentiens, addita ad substantiam
est efficit animal: hæc uero, animata non sentiens, stirpem. Quod
dummodo sumptem cōficiunt speciem, et quodā-
modo usurpatæ diuidit genus, omnes dictæ sunt speciei effe-
trices. Harum quidē usus est potissimum ad generū diuisiones
ad definitiones, non itē earū que fortuito rebus accidit ac
separari nequeunt, nec etiā maior usus separabilium qualitatū.
Qui priores illas definiunt, sic explicant: Differētia est cuius
accessione plus habet species quam genus. Homo enim locupletior
est, q̄ animal, quia ratione et mortalitate definitur, non ani-
mal. At uero species unde differentias accipiet? Non enim ge-
nus omnes habet contrarias, quoniā hoc modo genus idē simul
habebit contrarias formas. Sed (uti censem) habet in potestate
differentias omneis sibi subiectas, in usu praesenti nullā. Hoc
modo neq; ex nihilo fit aliquid, neq; in eodem contraria repe-
rientur. Differentia maxime propriam definiunt et hoc modo:
Differētia est, quæ de multis ijsq; specie differētibus cum qua-
tus quo se applicat, le quicq; sit, queritur. Nam rationis particeps et mortalis ho-
mo dicitur, cum declaratur qualis sit, non quæ res sit homo. Cum de-
claratur quæ res sit homo, dicitur, quæ rationis particeps sit, non quæ res sit homo.
Hoc modo dicitur, quæ rationis particeps sit, non quæ res sit homo.
Nam dicitur, quæ rationis particeps sit, non quæ res sit homo.
Nam dicitur, quæ rationis particeps sit, non quæ res sit homo.

nobis queritur, homo quid sit, accommodate dicimus animal: si quis roget nos, quale sit animal, apte respondere debimus esse corporis rationis atque mortale. Ut enim res ex materia formaque consistant, aut ex ipsis quae pari comparatione materiae formaeque respondent, quemadmodum statua ex are materia, ex figura uelut species humana constat ex genere quod cum materia comparatur, et ex differentia cui cum forma proportio quaedam est. Tota res autem haec est, homo animal rationis corporis atque mortale, ut statua in illa artis extirpatione. Describunt etiam hoc modo: Differentia est quae suapte natura distribuere potest ea quae sunt eidem generi subiecta. Etenim ratio contrariaque priuatio secernunt hominem et equum unius eisdemque generi, neque animali subiectos. Definiunt etiam hoc modo: Differentia est, id quo res singulare distinguitur. Homo et equus non sunt animates, sed addita ratio, nos ab eis separauit. Ratione habemus nos et animalia, sed apposita mortalitatis differentia, nos ab illis segregauit. Qui differentiae perquirerentur diligentius operarentur, hoc aiunt, non quicquid diuidit ea quae sunt eidem generi subiecta, differentia esse, sed quod ualeat ad explicandam substantiam, et ad definitum quid res sit, reique pars est. Non enim hominis est differentia nauigandi corporis, tametsi proprium est eius. Dicamus licet animalium quaedam ad nauigandum esse idonea, quaedam non esse, ab aliis hominibus separantes, sed facultas nauigandi non explet substantiam, neque pars eius est, sed idonea tantum et apta quaedam uis est substantia, quandoquidem non est talis, quales differentiae, quae speciei effectrices nominantur. Habeatur ergo differentiae speciei effectrices, quae aliud efficiunt speciem, quaeque tum adhibentur, cum quid res sit, explicatur. De differentia satis multa.

De proprio.

1

PR O P R I V M diuidūt quadripartito. Nam quod uni
formis tantū formæ, quāuis nequaquā toti accidit, propriū dicunt,
ut homini exercere medicinā vel geometriā: & quod formæ
toti, quāuis haud soli cōuenit, ut homini bipedē esse: quodque
soli ac toti, uerū certo tēpore, ut omni homini in senectute ca-
paces necesse. Quartū est in quod cōcurrerūt hæc omnia, ut soli, to-
tum, semperq; cōueniat, ut homini ridēdi facultas. Etsi enim is
potest semper ridet semper: tamen ridendi cōpos dicitur, nō quia ridet o-
mnim tēpore, sed quia semper aptus est ad ridendū. Hoc ei sem-
per ita naturale & insitum est, ut equo hinniendi facultas.
Hæc autē uere propria esse dicunt, quoniam reciprocantur.
Nam si quid est equus, illud hinnire potest: si quid hinnire
potest, id equus est. f De accidente. 6!

6.

ACCIDENTS est quod adest et abest sine rei subiecta
actu opere demolitione. Dividitur bipartito: aliud est separabile, aliud
semper cohærens. Dormire enim separabilis est qualitas: ni-
trum esse sic accidit corvo et æthiopi, ut nequeat separari.
Verum corvus albus animo concipi, et æthiops abiecto colo-
re potest sine rei subiecta demolitione. Sed et hoc modo Dia-
lectici definiunt: Accidens est, quod eidem inesse potest, et non
inesse: et quod neque genus est, neque differētia, neque species, ne-
que propriū, ac in re subiecta semper inhæret. Omnibus ipsis ex-
ceptis, que proposita fuerāt, genere, specie, differētia, proprio,
accidente, dicendū quae sint eorum cōmūnia, et quae propria.
De cōmunitatibus differentijsque quinq; uocum. 7.

73

OMNIVM id est commune, sicuti diximus, de pluribus di-
versis difficit, q[ui] tamen
est non solum in genere: sed genus de formis subiectis & individuis: & item diffe-
rentia: Speciem de suis partibus: Proprium de specie cuius est
hot fortissimum ad tuba adest & vocem obducens de modo pro-
videt haec sit, non vocem suam adegit, non ergo vocem habet. In PRO-
pria et propria parte vocis inter mortales non esse talis ipsius vocis quod vocis corporis
vocia & propria sunt quatuor: quadrangula vocis officinum, vocis quae vocis &
vocis sonorans, & ad modum & in sonoritate harmonia difficitur subiectum & harmonia
vocis vocis. quod autem ad quatuor voces attinet cinq[ue] subiectum datur non est nisi
per tres lignos. Iuxta autem fiduciam regnum domini usque sine finis sunt enim voces habentes.
voces & Cuius potest in intellectu hinc quae voces vocantur albus & c. & propter eum
in intellectu & in aliis ratione, ut p[ro]p[ter] hoc in intellectu & in aliis ratione, ut p[ro]p[ter] hoc in intellectu &
in aliis ratione, ut p[ro]p[ter] hoc in intellectu & in aliis ratione, ut p[ro]p[ter] hoc in intellectu &
in aliis ratione, ut p[ro]p[ter] hoc in intellectu & in aliis ratione, ut p[ro]p[ter] hoc in intellectu &
in aliis ratione, ut p[ro]p[ter] hoc in intellectu & in aliis ratione, ut p[ro]p[ter] hoc in intellectu &

PORPHYRII.

propriū, ac de subiecta formae partibus: Accidēs de formis ac
individuis. Animal enim de equo & de bove, quæ species sūt,
dicitur, ac de singulis bobus & equis, ut hoc & illo. Rationis
experts de bove & equo, deq; partibus. Species quidē certe, ut et rīo
homo, de partibus tantū enūciatur. At propriū & ea de spe-
cie cuius est, & de partibus eiusdē, ut ridēdi cōpos & de ho-
mine, & de singulis hominibus: nigrū de specie coruorū, singu-
lisq; coruī, cum sit qualitas haudquaq; separabilis. Moueri
quod accidēs est separabile, de homine & equo, sed pricipue
de individuis, altero loco de ijs quibus individua cōtinentur.

De generis & differentiae cōmunitatibus.

8.

GENERIS & differentiae cōmunitatis est formarū com-
prehēsio. Cōprehendit enim species differētia, & si nō omnes differētia
quas genera. Nā rationis particeps tametsi bestias quæ ratio-
nis expertes sunt, nō ita cōtinet, ut animal: tamen angelū com-
plectitur atq; hominē, quæ formæ sunt ac species. Quæ de ge-
nere quia genus est, dicūtur, ea de formis subiectis enūciatur.
Quæ de differētia qua ratione differētia est, ea de specie quæ
oritur ex illa, dicētur. Substātia de animali ut de genere dici-
tur, itemq; animata substātia atq; seniens. Hæc quoq; de for-
mis animātis, quoad peruentū sit ad partes singulas, enūcian-
tur. Cumq; differētia sit, rationis cōpos, de ea qua ratione dif-
ferētia est, enunciatur res utens ratione: nec solum de ea, sed
etia de inferioribus formis. Id etiā cōmune, q; genere aut dif-
ferētia sublata, tollūtur omnia subiecta. Vt enim si nō sit ani-
mal, nec est equus, nec homo: ita si nō sit res prædicta ratione,
nullum erit animal quod utatur ratione.

De discrimine generis & differentiae.

9.

PROPRIVM generis est de pluribus enūciari q; di-
fferētia autē minima. q; dñs. q; genere diffi-
cile a differētia autē minima. q; dñs. q; genere diffi-
cile a differētia autē minima. q; dñs. q; genere diffi-
cile a differētia autē minima. q; dñs. q; genere diffi-
cile a differētia autē minima. q; dñs. q; genere diffi-

INSTITVTIO ^{ad grecum. alb. 17} ^{triv. 2.}

DIFFER VNT autē, quia genus cōpleteſtūr formās,

species enūciatur. Præterea genera debet anteponi, atq; differe
rētijs quæ speciei sunt effectrices, informata species efficere.
Inde fit ut priora natura sint genera, utq; tollat, nō ipsa tol-
lantur. Si enim species est, ut fit genus necesse est. Si nō sit ge-
nus, nulla prorsus est species. Genera de subiectis formis una
ratione dicuntur: nō item de generibus formæ. Adde q; genera
plus habent, quia formas sibi subiectas continent. Species
plus habet q; genera, quod suas cōpleteuntur differentias: ac
tandem neq; species erit summū genus, neq; genus species ima.

De generis & proprij communitatibus.

GENESIS & proprij cōmune illud est, consequi for-
mas. Nam si quid homo est, illud animal est: & si quid homo,
ridēdi cōpos est. Hoc quoq; cōmune de formis æque dici ge-
nus, atq; propriū de indiuiduis quæ participant ipsum: quo-
niam homo & bos tam animal est, quam Anytus & Melitus
aptus ad ridendū. Atque id cōmune est, genus de suis formis
eadem ratione dici, & proprium de ijs, quorū proprium est.

De generis & proprij differentia.

DIFFERENTIA autē, quia prius est genus: posteriorius, id quod est propriū. Ut sit animal necesse est, anteq; diuidatur differētijs atq; proprietatibus. Genus de multis formis enun-
ciatur. Propriū de una forma cuius est propriū. Præterea priū tam de specie q; species de pprio dicitur. Genus de nullo sic ordine mutato enūciatur. Nō enim si quid animal est, homo est: nec quia aliquid est animal, iccirco ridēdi facultate prædi-
tum est. Homo uero risus est cōpos: cōtra, quod risus est cōpos, homo est. Præterea propriū inest in tota specie cuius est, & in ea sola, & omni tēpore. Genus in tota sua forma quidem est, non apparet.

omni tēpore, sed nequaq; in una. Adhoc, cū proprietates tol-
liantur, profecto sit q; genere. Cetera de p̄prio pprio de uero. & q; prop-
riū non datur in genere. Ita p̄prio p̄prio q; genere. Ita q; p̄prio p̄p-
riū non datur in genere. Ita p̄prio p̄prio q; genere. Ita q; p̄prio p̄p-
riū non datur in genere. Ita p̄prio p̄prio q; genere. Ita q; p̄prio p̄p-
riū non datur in genere. Ita p̄prio p̄prio q; genere. Ita q; p̄prio p̄p-
riū non datur in genere. Ita p̄prio p̄prio q; genere. Ita q; p̄prio p̄p-

INSTITVTO

luntur, nō unā secū genera tollūt. Si uero genera tollūt, una secum tollūt species, in quibus sunt proprietates, quibus sublati, tolluntur unā proprietates.

De communitate generis & accidentis. 13.

A GENERIS & accidentis hoc cōmune est de pluribus dici, sicuti iam demonstratū est, siue segregari pos̄it accidēs, siue perpetuo cohæreat. Etenī dicimus multa moueri, coruos & ethiopes esse nigros, & ex rebus inanimis multas.

Inter genus & accidens quid intersit. 14.

INTER hæc discrimē est: Genus est ante formas: Accidēs & forma: quod dentia posteriora formis. Ut enim proponatur accidens haud separabile, id tamē prius est cui accidit, q̄ quod accidit. Quæ genitio posteriora & que participat: Accidēs non æque, quoniā & prosperis in eis incrementū diminutionemq; suscipit accidentiū, non item genitio esse separabile necū cōmunicatio. Accidētia inhaerent singulis in rebus natūrae & ratione antevertētibus. Genera speciēsq; natura indiuiduis substantijs priora. Genera de rebus subiectis dicūtur, cū quid res subiecta nūllo modo sit, queritur: Accidētia, cū agitur de qualitate, aut quomodo sit affectū. Rogatus enim qualis sit ethiops, dices effectus se fuscum: aut quonam modo Socrates sit affectus, dices aut effectus, potius ualere agrotare aut ualere. Genus quatenus ab alijs quatuor differat, explicauimus. Euēnit etiā ut unūquodq; cæterorū differat. Differat ret à quatuor. Cū sint igitur quinq; & unūquodq; differat à quatuor, quinq; quater duēta putas differētias omneis effectus, ut genera nūficeret uiginti. Nō ita est. Sed cū semper posteriora numerētur, quid op̄ quatuor est? & duo destituātur una differentia, quia iam sumpta est, tria duabus, quatuor tribus, quinq; quatuor, omnes differentiae sunt decē: quatuor, tres, due, una. Diētū est quatenus differat genus à differentia, specie, proprio, accidēte. Quatuor igitur differentiae.

ferētiæ. Dictrū quoq; quantū differētia à genere separata sit, & declaratū est quantū genus ab ea distet. Quod superest, dicetur, quatenus differat à specie, pprio, accidēte. Tria sunt hæc discriminæ. Acrursum quantū species distet à differētia, tum diximus, cū quatenus à specie differētia dissentiret, dice- remus. Quantū inter formā & genus intersit, expositū est cum diceretur, quonā diffideret à forma genus. Quod super- est, explicabitur, quantū intersit inter propriū & accidēs. Hæc quidē differentiæ duæ. Quatenus ab accidente propriū diffe- rat, hoc supererit. Nā quo sciugatur intervallo à specie, diffe- rentia, genere, supra demonstratū est, cū ostenderetur eorū in- ter se differentia. Si quatuor ergo generis cū ceteris cōparati sumātur differentiæ, tres uocis tertiae quæ differētia est, due speciei, una proprij qua distinguitur ab accidēte, erūt omnes decem: quarum quatuor quæ inter genus essent ac cetera, in antegrediente oratione demonstrauimus.

Inter specie & differētia quid cōueniat, & quid intersit. 15.

C O M M V N E porro differētia & formæ parē capere partē. Nā homines singuli & que participat hominis, atq; rationis quæ differētia est. Cōmune quoq; est, semper ijs adesse qui sunt participes. Sēper enī Socrates rationis est particeps, & idē semper homo. Differentiæ propriū est dici, cū quale sit aliquid, quæritur: Speciei, cū quid sit. Nā quāuis homo quidā qualitate præditus intelligatur, nō omnino tamē est qualitas, sed ut eū ad genus addite differētia reddiderūt. Atq; etiam differētia in multis saepe formis cernitut, ut quadrupes in animalibus multis specie differētibus. Species in solis est sub ea positis individualiis. Ad hoc differētia prior est specie subiecta. Etenī sublata ratio tollit hominē, nō homo sublatus rationē,

INSTITVTO

sue quicquid est rationis particeps. Angelus enim manet. Ad-
de quia differētia cū alia cōiungitur. Nā ratio cū mortali-
tate cōiuncta est ut cōstaret homo. Species cū specie nō cōiun-
gitur ut aliam gignat speciem. Equa nonnulla cum asino coit
ad muli procreationem. Equa asinūisque commixti simplici-
ter sine uniuerse, non possent efficere mulum.

Inter differentiā & ppriū quid cōueniat, et qd interfit. 17
HOC differentiæ cum pprio cōmune est, & quā tribuere
partē suis. Par enim ratio, parq; ridēdi facultas ijs omnibus,
qui sunt harū rerū participes. Vtriusq; cōmune & semper &
toti formæ cōuenire. Nā tametsi quod duos habebat pedes mu-
tilatū fuerit, attamē ad naturālē facultatē refertur hoc quod
dicimus, semper cōuenire. Homo enim non iccirco risus parti-
cipit, sed q̄ sit aptus ad ridendū: dici-
mus id ei omni tēpore cōuenire. Est hæc differētia pprietas
de pluribus formis s̄āpenumero dici, ut ratione præditū dici-
mus hominē & angelū. Propriū de una specie dicitur ea cu-
m ius est propriū! Ac differētia cōsequitur ea quæ discriminat,
nō tamē reciprocatur. Propria dicuntur alternis & ordine mu-
tato de ijs quorum sunt propria, propterea q̄ reciprocantur.

D I F F E R E N T I A E & accidentis hoc cōmune est de
pluribus dici: hōc quoq; cōmune cum ijs accidētibus quæ ne-
vox sive dñe de quæ segregari, omni tēpore, toti q; formæ cōuenire. Duos ha-
bitus p̄t p̄tibere pedes semper inest homini, item q; coruis omnibus nigro
vestitiis uestiri colore. Interest aliquid inter hæc, quoniam differētia cō-
tinēt, tinet formas, nō continetur ipsa. Nā duæ species ratione cōti-
nentur, homo & angelus. Accidentia quodā modo cōtinēt ac
cōtinēt, propterea q; insunt multis: cōtinēt, quia
est r. Alii tū uerius insunt ab aliis scimus. Quippe dñs q; tpa diff. res
uocant omni intellectu a subiecto absit nos, manu & lingua suorum naturam
a deo si absit. Ita resurgere. Ceteras vero genitae ex accidentiis insunt naturæ.
Ita uero sonit insuetus ab aliis nos tū et nos quippe q; tñ diff. res.
Uero respondeamus secundum modum locum locum aut agens dñe. quippe
hoc uerius diff. res. secundum dñm l'p' tñ q'nt' multas o'ct' h'c diff. res.
zonal' mortali' que dubitabim' plures & diversas diff. res. h'c p'nt' q'nt' f'zim'ii.
h'c r'c. q'nt' f'zim'ii. diff. res. adh'z' p'nt' q'nt' f'zim'ii. B' nō v'g' que subiectu' a'nd' p'nt'
d. subiectu' s'nt' ut' sonit' q'nt' f'zim'ii. q'nt' f'zim'ii p'nt' q'nt' f'zim'ii. diff. res. p'nt'

res subiectae non unā modo admittūt qualitatē, sed etiā plures. Differētia tunc
differētia intendi remittiq; non potest. Accidētia crescūt atq; Differētia secundū a
decrescūt. Contrariae differētiae cōmiseri non possunt. Interdū accidētia cōtraria miscere licet. Hæ sunt cōmunitates ppri- ad cōmunitates q;
tatisq; differētiae, & aliarū quatuor uocū. Species ut à gene- de illius. Diving
re differētiaq; distet ostēdimus, cū diceremus, quantū genus, tū ad ipsas perte
quantū differentia ab alijs dissideret. Quod superest, dicetur que se cōsumat v
quatenus à proprio & accidente dissentiat.

Inter specie et propriū quae cōmunitas, et quae differētia. 19

HOC formæ & proprij cōmune est, alterū de altero uicissim dici. Quicquid enim est homo, id ridere potest: quicquid ridere potest, id homo est. Nō semel hoc dictū eā ridēdi rationem, ad naturale facultatē referri oportere. Id quoq; cōmune est æque in suis inesse. Species enim æquabiliter insunt ijs quæ participat illā: propria ijs quorū sunt ppria. At species à proprio differt, quia species aliorū genus esse potest: propriū nō potest aliorū esse proprium. Species ante fuit, q; propriū. Proprietas accidit formæ. Ante sit homo necesse est, q; sit aptus ad risum. Atq; etiā species reipsa inest in parte subiecta. Propriū interdū nō adest, sed adesse potest. Semper enī Socrates reipsa homo est: nō autē semper ridet, quanq; semper aptus ad ridendū. Præterea quorū uariæ definitiones, ea uaria atq; diuersa. Est autē specieis sub genere ponī, diciq; de pluribus numero differētibus, cum res quid sit, explicatur. Adde similes definitiones. Proprij est uniforme, & toti, & omni tēpore cōuenire.

De cōmunitate & differentia formæ & accidentis. 20.

S P E C I E I ex accidētis hoc cōmune est de pluribus di-
ci. Sunt aliæ paucæ cōmunitates, quia distat inter se plurimū,
quod accidit & id cui accidit. Vtriusq; proprietates quædā,
nēpe formæ de parte sua dici, cū quid sit queritur: accidētis,

INSTITVTO PORPHYRII.

cum quale aliquid sit, aut quomodo sit affectū, et unāquāq; substantiā formae unius esse participē: accidentiū uero pluriū tam separabilium q̄ perpetuo cohærentiū. Species ante capit animus q̄ accidētia, quāuis haud separabilia sint. Ut enim res subiecta sit, necesse est ut illi quid accidat. Accidentiū ea natūra est, ut posteriora nascātur, et comitē habeat substatiæ naturā. Cōmunicatio formæ distribuitur æquabiliter, nō itē accidentis, etiam si nequeat à re segregari. AEthiops enim colorem illum qui est æthiopis, habere posſit aut minus aut magis accendentem ad nigrorem. Supereft ut de proprio dicamus et accidente, quandoquidem quantum à specie, differentia, genere separatum sit, ostendimus.

De cōmunitate differentiāq; proprij et accidentis. 20.

E S T hoc cōmune proprij et accidentis eius quod separari nō potest sic permanere, ut illa in quibus cernuntur, sine his cōstare nō posſint. Ut enim sine facultate ridēdi nō cōstat homo, sic æthiops constare nō posſit sine nigrore: utq; toti formæ et omni tēpore pprīū cōuenit, ita et accidentis id quo perpetuo cohæret. Quid ea differant inter se. 21.

SEGREGATA sunt illa, propterea q̄ proprium unicū tantū formæ cōuenit, ut homini ridēdi facultas. Accidēs autē semper inhārēs, ut color niger nō æthiopi solū adest, sed etiā coruo, carboni, hebeno, et alijs quibusdā. Præterea propriū et species eius reciprocātur, æquabiliterq; ordine permuto dicitur. Accidēs haud separabile nō reciprocatur. Proprietum cōmunicatio distribuitur æquabiliter: Accidentiū maior et minor communio. Aliæ sunt communitates proprietatēs que eorum quæ diximus, sed hæ satis multæ sunt ad ea distinguenda, et ad communitates exprimendas.

Hic finis institutionis Porphyriæ.